

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 9. Quomodo Dei visio extensiù maior, & minor esse possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

fit vna simplex entitas: tamen est multiplex virtualiter immo & formaliter respectu proprietatum relatarum quibus subficit. Item est intelligentia omnium, idq; diversimode. Quædam enim necessariò, quædam contingenter intercligit. Item est amor rerum plurimarum, & potentia effectiva infinitiorum possibilium. Vnde miru non est, si visio maiore esse possit aut minor, secundum extensionem ex parte obiecti, eo quod videtur Deus ut attingens plura vel pauciora obiecta, vel diuersarum rationum, vel similitudinum. Nam quod res etiam alioquin simplicissima in entitate videri possit inadæquatè & partialiter, multis exemplis naturalibus supra ostensu fuit n. 48. & 49.

Dixi, vel diuersarum rationum, vel similitudinum: quia extensio duplex esse potest. Vna, ad plura eiusdem rationis, alia, ad plura diuersarum rationis. Nam & visio corporalis, quia videtur multicoloris specificè diversi simul oculo propositi, extenditur ad multa diuersa specificè. Cū autem videntur eodem actu multa eiusdem coloris, extensio est ad diuersa tantu numerice. Sic ergo visio Dei extendi potest, vel ad plures rationes specificè quasi differentes; vt si quis Deum videat quatenus est intelligentia, vel amor, vel potentia plurium possibilium specie diuersorum: aut ad plura numerice tantum diuersa; vt si quis Deum videat quatenus est intelligentia, vel amor, vel potentia plurium solo numero differentium: quod paulo post amplius declarabitur.

Cum autem visio extenditur ad plura species diuersa, ipsa specificè & essentialiter diuersa est, alia minus extensa, & via essentialiter respicit obiectum ad quantum specie diuersum, ad illudque haber essentialiter ordinem ascendentalem. Est enim essentialiter expressio totius obiecti, quod distinctè & secundum se attingit. Quando autem vna visio habet aliquem ordinem essentialitem, quem altera non habet, distinguuntur species: quia distinguunt per distinctum essentialiter, vt recte & fuisse dicitur. Hefice disp. 5. n. 42. & disp. 18. n. 31. & disp. 45. n. 30. & sequentibus. Quare non assentior Suari lib. 2. de attributis c. 19. affirmanti, neque de facto esse differentiationem specificam & essentialiter inter visiones creatas Dei, neque de potentia absoluta esse posse. Etenim Deus neque videri necessariò debet, neque de facto videtur ab omnibus, secundum eandem omnino rationem, aut secundum omnes eadē quasi specificè & essentialiter: sed, vt facetus Suares ibidem in sollecione secundi argumenti, quædam visiones Deum attinunt cum habitudine ad plures creaturas distinctè & formaliter, & vt principium intellectuum, voluntium, & effectuum plurium hominum specie diuersorum. Quæ diuersitas arguit distinctionem specificam visionum.

Cum enim visio sit essentialiter quædam imago & expressio vitalis rei cognitæ, sive illa sit Deus, sive creatura, non videtur posse intelligi quod duas res omnino eiusdem speciei, & inseparabilibiles, sint imagines essentialies rerum specie diuersarum, velut obiectorum adæquatorum huiusmodi visionum, cum ratio imaginis

nis essentialiter exprimitur sumatur ex ordine ad rem representatam, atq; inde speciem & essentiam habeat, quod sit illi conformis.

Nec valet quod respondent aliqui, Deum primariò representari, & secundariò creaturam. Tum quis nihilominus creature representatur secundum se; & eius representatio, seu vitalis expressio, est tali actui essentialis. Quare illud obiectum, quamvis dicatur esse secundariu, sufficit ad constituentiam differentiari essentiali, propter ordinem essentiali, quæ actus habet ad tale obiectu secundum se, id est, secundum propriam rationem formalē: tum etiam quia Deus inadæquatè sumpus ut cognoscens, aut volens hoc aut illa formaliter & distinctè, differt ratione quasi specificè à seipso ut intelligent, aut volente alia specie diuersa: Sic ut quæ quis vider albedinem formaliter & distinctè, differt specificè ab ea quæ nigredinem tantum, aut albedinem simul ac nigredinem vider. Ipsa quoque potentia diuina est ratione multiplex quasi specificè, prout respondet potentias rerum creaturarum specie diuersis.

Non refert etiam quod responderet Suarez, representari tantum creaturas in visione intentionali modo, non autem per formalē conuenientiam. Nam similitudo intentionalis ad obiecta adæquata specie diuersa, inducit in actus differentiationem specificam: siquidem actus essentialiter sunt tendentia intentionales ad huiusmodi obiecta. Alioquin cur actus, tunc intellectus, tunc voluntatis, tunc appetitus sensitivi, & sensum, differunt essentialiter, quanto tendunt ad obiecta adæquata essentialiter diuersa, vt facetus Suares cum communis sententia? Incredibile verò est quod idem addit, ne de potentia quidem absoluta posse dari visiones Dei creatas specie diuersas. Quidam enim possent esse duas visiones essentialiter diuersas, non modò ratione obiecti formalis diuersas, vt iam expostum est: sed etiam circa idem obiectum formale, ratione propria entitatis essentialiter diuersa. Ut visio quæ potest dicitur secundum hanc aut illa rationem, differt suā essentiā, à visione creatā quæ videtur secundum eandem rationem: & intellectio lapidis difficit à visione vel imaginatione eiusdem. At autem visio beatifica prout præcisè beatifica est, sive secundum præcissum conceptum beatitudinis, & eiusdem speciei in omnibus beatis, in praesenti non disputo. Moneo tamen aliquid esse Dei visionem simpliciter, & aliud formalē beatitudinem: & ad hanc plura requiri quād ad illam. Vnde nonnulli ex vna male argumentantur ad aliam. Quod specialiter aduertendum hic fuit, cum in eo peccetur sapientissime in praesenti controversia.

SECTIO IX.

Quemodo & visio extensiù maior & minor esse possit?

Conclusio: Visio Dei multipli citer major aut minor esse potest secundum extensionem facti specificam, quævis nullam ericam.

Dico posse: nam quid de facto sit in praesenti non disputo; sed ut supra monui, haec questione in tractatu de Beatitudine reicienda est.

Viso Dei potest magis aut minus extendi ratione attributorum: ita ut quædam videantur non alia, neque omnia: & ab his plura, ab his pauciora. Cum enim Deus videri possit visione finita; & eius perfectiones sunt infinitæ virtuali multitudine (sunt enim cognitiones & ideæ infinitæ, virtualiter distinctæ; & infinitus actus voluntatis circa se & possibilia; & virtutes agendi extra se infinitæ, comprehensa in omnipotencia) nō possunt omnes simul & distinctè videri tali visione. Hoc enim superat omnes vires finitas, quæ plures requiruntur aut maiores, quod plura sunt videnda simul. Neque potest visio finita adæquari obiecto infinito perfectè cognito & distinctè, ita ut expressè cognoscatur quidquid est, secundum omnes illius rationes formaliter aut virtualiter distinctas.

72. Obscurandum tamen est, non esse generatum accipendum quod indefinitè asservimus, posse unam rationem diuinam sine alia videri. Nam ex gr. fieri nequit ut Deus videatur sub ratione sola simplicitatis, aut imminutis, aut æternitatis, & similibus; vel vnde videatur sola simplicitas, vel imminutis, vel æternitas, aut immutabilitas, abstracta ab omni alia ratione. Sunt enim haec veluti modi qui sine aliquo modis cognosci nequeunt, præsternim clarè & intuitivè: sed se habent ut sensibilia communia, quæ sunt veluti determinationes propriorum sensibilium, & sine illis videri non possunt. Quare sicut nemo potest videri figuram separatim, aut extensionem, aut collocationem; & nullam rem figuratam, aut extensem, aut collocatam simul intueri: Ita nemo potest videre æternitatem, imminutatem, simplicitatem; & nullam rem æternam, imminutam, & simplicem. Est enim æternitas modus quidam reæternus. Intuitus autem cognitio reæntellectualis habet similitudinem quandam cum intuitu oculari. Similiter nō posso videri possit solam rationem entis, aut substantiæ: quemadmodum oculis non potest videri ratio abstracta coloris, aut similes rationes genericae, præsternim si sit clara visio ocularis.

73. Secundò extendi potest visio Dei magis aut minus ratione unius & eiusdem attributi. Neque enim est necesse ut unumquodque attributum videatur à qualibet secundū omnem rationem, & quoad omnem modum, quæ habet virtualiter multiplicem, vt specialiter de attributo imminutis, affirmat Henricus, & Scotus, quos referit & sequitur Suar. lib. de attrib. cap. 22, n. 19, & de alijs generatum Ferrarensis loco supra citato. Capreolus quoque & Caeteran. & alijs plerique Thomistæ teste Suarez cap. cit. n. 7. admittunt dari posse verba inæquata, seu visiones inæquatas, circa diuina attributa; quamvis nec inter se, neque nobiscum in omnibus consentiant. Et D. Thom. q. 8. de veritate a. 2. ad 6. ait, Beatus videri quidem imminutatem Dei, sed

non immensè: quia licet totam videat immensitatem (tacum scilicet quoad entitatè, & non per partes physicas) non tamen videt totaliter. Ratio est, quia cum hoc attributum, & similia, sint actu infinita, non possunt totaliter & distinctè videri visione finita, propter argumentum paulo ante propostum.

Tertiò extendi potest visio Dei ratione personarum diuinarum. Quamvis enim de facto Beati videantur cum essentia Trinitatem personarum, ut à Concilio Florent. expressè definitum est in litteris vniuersalibus de potentia tamē a solura non repugnat videri essentiam, non visis personis distinctè, & formaliter ut persona sunt, quamvis non possint non videri identice: ut recte docent Scotus in 1. dist. 1. q. 2. § Quantum ad ipsum articulum Basilius Rada, & alijs Scotistæ ibidem; Paludanus in 4. dist. 49. q. 5. art. 3. conclus. 1. S. Antonini Anton. 3. parte, rit. 30. cap. 4. § 2. Palacius in 1. dist. 1. disput. 3. Citantur etiam à D. Salas in eadem sententiam, Constantius Sacrahanus Cardinalis in Directorio Theologico V. Beatus, Ferdinandus Vellofilius Episcopus Luccensis in Aduertentia ad tomum 9. D. Augustini q. 16. dub. 2. & plures alij, quibus ipse subscribit tomo 1. in 1. q. 2. tract. 2. disp. 4. fact. 2. n. 26. Accedit etiam ex parte Domin. Sotus in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 3. conclus. 2. & Molina 1. p. q. 12. art. 8. disput. 4. §. Quod ad primum attinet, vbi sententiam oppositam sequitur tantum ut probabile rem.

Probatur, quia nulla potest ostendti implicatio contradictionis in eo quod sententia diuina videatur non visis personalitatibus. Si quæ enim est, maximè illa quam communiter prætendunt Adversarij: Quia si essentia personalis & essentia sunt omnia. idem à parte rei; vide vnam sine alia, esset videre & non videre eadem rē: quia videtur ut supponimus & non videtur, quia d. quod est idem cum ipsa, non videatur. Quare sicut implicat videre Petrum v. g. non vito Petru. & paternitatem non via paternitate, & hominem non viso rationali; sic & videere essentiam diuinam, non visis personalitatibus. Sed hæc argumentum infirmum est. Licet enim relationes personalis sint idem re cum essentia, differunt tamen ratione, & virtualiter in re. Superioris autem ostentum est rem vnam & eandem, virtualiter multiplicem, posse videri inadæquate, non visa omniratione illius distinctè & formaliter. Respondeo igitur, videere essentiam sine relationibus personalibus, esse viderē & non videre eandem rem, non secundum eandem rationem, sed secundum diuerias: quod noui implicat. Potest enim aliquid videri in se, licet non videatur quicquid est re idem cum illo. Quemadmodum accidentia visibilitas, quæ secundum se tota omnino inhærent, videntur in se, licet eorum inhaesio, & dependentia à subiecto non videatur, nec dependentia à Deo, quamvis secundum se immediate pendeant. Ita. Deus ipse ita videntur sa-

74.
Efficiens dicitur
una potest
absolutè via
dei sine
personis.

Scotus.

Paludanus
Rada, & alijs Scotistæ ibidem; Paludanus in 4.

dist. 49. q. 5. art. 3. conclus. 1. S. Antonini Anton.

Palacius in 1. dist.

1. disput. 3. Citantur etiam à D. Salas in eadem sententiam, Constantius Sacrahanus Cardinalis in Directorio Theologico V. Beatus, Ferdinandus Vellofilius Episcopus Luccensis in Aduertentia ad tomum 9. D. Augustini q. 16. dub. 2. & plures alij, quibus ipse subscribit tomo 1. in 1. q. 2. tract. 2. disp. 4. fact. 2. n. 26. Accedit etiam ex parte Domin. Sotus in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 3. conclus. 2. & Molina 1. p. q. 12. art. 8. disput. 4. §. Quod ad primum attinet, vbi sententiam oppositam sequitur tantum ut probabile rem.

De Salas.

Scotus.

Molina.

Vellosi.

Obiectum
realitet in
diuina
potest vi-
des inada-
pate.

undam essentiam, ut tamen non nihil illius lateat videntem, & ita ut non secundum totam visibilatem omnino videatur: à nullo enim præterquam à se, videtur infinitè, & adæquatè quantum visibilis est.

^{76.} Addqd re ipsa communicaatur essentia Dei sine proprietate relativa & personali principij à quo persona diuina procedit: Contra quam communicationem non minus putat argumentum propositum. Sic autem ex eo quod communicatur essentia Filio, non communicata paternitate, inferri tantum potest, idem in re communicari & non communicari, sub diversis rationibus: communicari sub ratione essentiae, & non communicari sub ratione paternitatis, quod non implicat. Sic, &c. Eodem modo non repugnat videtur Petrus & non videre, inadæquatè: eum videre hominem inadæquatè prout animal est, non viso rationali: vt sit enim in animali videtur aliquis, non discernendo sitne homo an brutum? vel sitne hic homo in particulari? Quanquam hæc exempla minus appositi proferuntur ab Adversarijs, cum Petrus sit secum idem adæquatè: & paternitas simili sit adæquatè sibi identificatur: & rationale sit essentiale homini. At vero qualibet personalitatum diuinorum inadæquatè tantum identificatur essentia, vt suo loco explicabitur: & nulla formaliter est essentialis Deitati, seu naturæ communis. Vnde vltius sumi potest argumentum. Nā sicut identitas realis non impedit quin una raro sit de essentia & non alia: vna secundum se identificatur alicui alteri, cui non identificatur alia: vna communicetur, non altera: vna vniatur hypostatic humanitat Christi, non altera: ita, nisi aliud repugnet, saltem ex parte identitatis realis non obstat quo minus vna videatur, non alia. Quidam enim cognitione separari quodammodo possint, si nihil aliud obstat, ea quæ separantur communicatione, vnius & identificatione? Item respondeo: videri sine eo quod est extra rationem ipsius, nū quid aliud obstat. At relationes personales sunt extra rationem essentiae diuinæ, alioqui Pater non communicaret totam essentiam Filio non communicata paternitate: ergo &c.

^{77.} Obijctes, si in Deo esset vna tantum persona, non posset videri diuina natura sine persona. Sed Deitas tam idem est cum tribus personis, quām esset tunc cum vna: ergo &c. Respondeo antecēdens: tertere principium, & esse falsum. Nam visus essentia, non est necessarium absolute videri personalitatem, licet illa vñica sit. De facto enim Damones videbant naturaliter Christi humanitatem: at non diuinam personalitatem Verbi quā subistebat; hæc enim natura ex Angelorum cognitionem excedit. Minor etiam falsa est. Iam enim magis distinguatur essentia à tribus personalitatibus; quām tunc ab vna. Tunc enim adæquatè tantum identificatur cu illa: Iam vero inadæquatè tantum idificatur illis diuini sumis: ita ut realiter

identificetur secundum se alicui alteri, cui non illæ identificantur secundum se: & non tantum realiter si quilibet illarum: sed etiam aliquid realiter à qualibet distinctum. Ex gr. essentia non est tantum Paternitas, sed etiam Filiatio, quæ realiter distinguitur à Paternitate.

Eodem responso refutantur, qui putant ratione visionis intuitiū repugnare id quod diximus. Quidam, inquit, de ratione intuitionis est, vt videatur res sicut est. Ergo ut tripliciter subsistens, si ita est. Refelluntur inquam: quia non est de ratione visionis quicquid intuitiū vt videatur omnis modus, & omnis ratio quam res habet à parte rei. Nam Dæmon intuitiū tridens Christi humanitatem, non videt modum vniuersitatis quem habet. Vnde non licet colligere, videt illam humanitatē prout est in se: sed in se est unita Verbo: ergo videt unitam. Cum enim dicatur res videri prout in se est, dupliciter id potest intelligi. Primo, vt videatur secundum omnem modum, quem in re habet. Secundo, vt secundum id quod videtur, ita sit: & hoc posterius ad visionem inadæquatam sufficit. Neque propterea videatur res alio modo quam sit; sed tantum non videatur omni modo quo est. Neque affirmatur esse distincta, vel multiplex: sed tantum præcisæ & inadæquatè attingitur.

Suares libro 2. de attributis capite 23^o numero 11. putat visionem intuitiū essentie diuinæ, naturæ suæ, & seclusi miraculis, necessario esse, simul visionem personam. Primo propter illud Christi Ioann. 14. V. 9. *Philippe qui videt me, videt & patrem meum*, cuius rei necessitatem videtur Christus fundare in id est in essentia, quando subiungit vers. 10. *Non credis quia ego in patre, & pater in me est?* Secundo, quia negari non potest, quin sit de ratione visionis intuitiū, vt per eam videatur res quomodo est, & secundum omnes conditions existentias quas haberet à parte rei. Tertio, quia relationes & essentia non solum sunt idem: sed ita sunt inter se connexæ, vt essentia ex vi sua rationis essentialis petat terminari per relationes. Ergo non potest videri essentia secundum omnia prædicta essentiales, quin simul videantur relationes. Lobatur consequens; quia unum ex his prædictis essentialibus est, quod illa essentia sit infinita, & ita secunda, vt postuletur communicari tribus. Vnde sic nō potest videri persona, quin videatur incomunicabilis: ita est contrario non potest videri natura illa, quin videatur communabilis tribus personis, & in particulari his tribus, quia natura suæ non est alijs communicabilis. Illa autem communicabilitas est omnino actualis in tali natura: ergo cum visione talis naturæ necessario coniuncta est visione trium personarum, quia illa communicabilitas non potest concipi sine suo termino.

Ad primum Respondeo primo cum D.

Nouissim
ratione vi-
sionis vni-
uersitatis
sunt est.

78.

80.

Chrysostom. homilia 73. in Ioann. Cyrillo lib. 9. in eundem. cap. 37. 38. & 39. Tertulliano lib. contra Praxeam, cap. 24. sensum illius loci hunc esse: qui videt me per fidem & verbis meis atque operibus credit: necesse est ut videndo me, id est, diuinitatem meam per fidem; videat etiam Patrem: quia Pater in me manens, ipse facit opera miraculosa, quae ego facio, & per ea testatur se patrem esse meum, & me ipsius esse filium unigenitum. Quæ exppositio fundatur omnino in coherencia verborum quæ sequuntur: *Quomodo tu dicas, ostende nobis Patrem? non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor.* Pater autem in me manens ipse facit opera. Secundò dici potest sermonem ibi *de visione latè sumpta, pro cognitione etiā abstractiua;* qualis erat Philippi, & cæterorum Apostolorum, visio Dei hac in vita. Quo sensu verè impossibile est videri filium; quin videatur, id est, cognoscatur Pater, ad quem Filius, quæ filius, habitudinem dicit.

Ad secundum Sæpius iam responsum est. Ad tertium dico essentiam posse videri inadequare, non visa illa connexione & communicabilitate: tametsi verum est essentiam diuinam secundum illam rationem videri non posse distinctè & formaliter, quin cognoscantur personæ: sicut ob eandem causam non potest una persona videri, vt talis, Pater aut Filius, quin cognoscatur altera illi correlatiua. Non est tamen necesse cognitionem illam per modum visionis terminari ad utrumque; sed terminus tam communicabilitatis, quam relationis personalis, potest cognosci abstractiue: sicut potest imago videri, non visa re cuius imago est: & sicut Deus videt clarissimè connexionem suæ intelligentiæ, voluntatis, & omnipotentiæ, cum rebus merè possibilibus, quas tamen propriè non videt, quippe quæ non existunt.

Addit Sæpius ibidem num. 19. non modò fore miraculosum, sed esse penitus impossibile, videre essentiam sine personis. Nihil tamen afferit quod iam solutum non sit. Cùm autem queritur an illa visio fore eiusdem speciei, an diuina ab ea quæ nunc habent Beatos? Respondebam est fore diversa: quia obiectum adæquatum quasi specificè diuersum habere, siquidem essentia sola esse ipsius objecti. Adæquatum: alterius vero obiectū adæquatum est essentia cum personalitatibus, quæ addunt essentiæ rationes proprias, quasi specificè, tum inter se, tum ab illa diuersa. Et hactenus de extensione ad Personas.

Quartò extendi potest visio Dei respectu aquum liberorum voluntatis diuinæ, & actuum contingentium diuinæ intelligentiæ. Neque enim est necesse, vt qui Deum vident, videant omnia confilia libera voluntatis eius, vt docet S. Thomas quæst. 12. art. 7. & 8. & 3. p. q. 10. a. 12. & 4. post. S. Dionysium de cœlesti Hierarchia cap. 7. vbi ait anteriores Angelos illuminari à superioribus

de diuinis consilijs, quia non omnes ea norunt. Et quidem quod Angeli alij doceantur ab alijs de diuinis consilijs, patet ex Scriptura, Apocalyp. 7. alijsque locis. At hoc esset supervacaneum, si omnia immediatè in Deo ipso cognoscerent. Christus etiā Matth. 24. & Marc. 13. negat Angelos nosse diem iudicij. Et quamvis dicat Nam filium non nosse; ideoque oporteat prudenter hoc interpretari, non de negatione omnis cognitionis, sed alicuius, eius nempe quam accepit vt doctor manifestandam Ecclesiæ: tamen non est per ratio, vt de Angelis eodem sensu dictum id fuerit, quo dictum est de Filio Dei. Denique Theologi communī consensu animæ Christi tribuunt, tanquam proprium & singulare, quod omnia diuina consilia inveniatur, vt testatur Sæpius lib. 2. de attributis Suarez. c. 24. num. 3. Ac si visa substantia Angelii vel animæ nostræ, non est necesse actus eius liberos cognosci; Nam de facto Angelii vident naturam aliorum Angelorum, & nostram, & tamen actus liberos non vident. Multò minus necessarium est visa Dei essentiæ, actus eius liberos videri. Quod enim actus liberi Dei non distinguuntur ab eius entitate, non obest quo minus possint non videri, visa essentiæ. Imò hoc ipsum difficiliores cognitu illos reddit, quod nimur nihil addant voluntati diuinæ, nisi rationem occultissimam habitudinis, quæ cura Dei voluntate nullam habet necessariam connexionem.

Neque tamen propriea affectiendum putto illis qui docent non posse ullum librum Dei actum in seipso videri à creatura, sed tantum à Beatis per revelationem cognosci. Etenim actus illi in seipso cognoscibiles sunt, & de facto cognoscuntur à Deo immediatè & per se. Neque apparet impossibile quod creaturis immediatè manifestari possint: quodque Deus visionem efficiat eamens suæ respondentem, quæque hac in parte participatio quædam illius sit. Nulla enim in hac in re potest verisimiliter ostendti contradicatio. Sed è contrario magis videatur incredibile. Deum non posse per se immediatè manifestare suam voluntatem Beatis. Et SS. Patres dicunt mirificè delectari Beatos, vidento in Verbo mirabilis rationes diuinæ prouidentiæ, præferunt circa hominum saltem, & præcipue circa propriam. Cur autem plura vel pauciora Dei decreta videantur, causa est, tum quantitas luminis gloriæ, tum status cuiusque Beati. An autem omnia quæ pertinent ad statum cuiusque, videantur in Verbo? dicemus alibi in tractatu de Beatitudine.

Quæ diximus de actibus liberis diuinæ voluntatis, debent cum proportione intelligi de actibus contingentibus scientiæ diuinæ. Potest enim similiter visio Dei magis & minus extendi in ordine ad illos: quartus scilicet Deus potest videri prout est contingentis intelligentia plurimi vel pauciorum creaturarum, existentium in aliquate separatis differentiæ, vel exituratum, sponeretur conditio aliqua, quæ non ponetur.

83.
Beati nō
vident
re in seipso
actus Dei
liberos;

Visio Dei
extendi po-
testatione
actu con-
tingentiū
D. Thomas
Dionysius